

ne proposita circa lineam propriam, & verè transversalem, respectu primi acquiritis, suam proposuisse opinionem in d. n. 51. usque ad 54. loquens in terminis suis communis, & hoc irreverentem reliquit.

349 Quod evidenter constat. Quia ex num. 55. rursus assumitur materia inter descendentes, & disputatur, utrum deus representatio, & transmissio, & multa corollaria inferret, extra choros saltando, & deinde num. 62. iterum agit de linea, & repetit que propria sunt lineæ primogeniti inter transversales, & usque ad nu. 82. constanter lineam defendit, ex num. 83. impugnat Martam de success. legal. 3. part. quæst. 1. art. 2. a num. 39. & sequ. vol. 1. qui contra lineam infurxit: (Videatur num. 85. versio. Respondeo secundo, & num. 87. & in vers. Respondeo 1. & per tot. num.) ex quibus apparebit pro linea firmiter se subscripsisse in nostris terminis.

350 De DD. Neapolitanis, & exteris, quos pro se allegant Adversarii, non est curandum; quoniam Marta communiter reprobat, Rovitus tenuit contrarium, & sic pro linea notavit, in tom. ad Pragmat. Regni Neap. tit. de feud. pragmat. 11. num. 44. Loffredus ad Ierniam, Afflicus, & Caputis, ad rem non faciunt, quia loquuntur in diversis terminis, Censallus ad Peregrinum, in loco ab Advocatis ex adverso allegatis, nempe art. 21. fol. 72. vers. tertio observo, nihil dicit, & solum in dicto art. 21. fol. mibi 35. vers. secundo observo, col. 1. inquit, quod quando statutum, vel testator majorem requirit ætatem de tempore successions, cessat representatio, & subingressio (de qua assertione, & ejus veritate jam supra discussum est) at in art. 20. fol. 30. versio. prima ergo sit conclusio, cum sequ. lineam in primogenitis defendit Regens Ursinus de feud. 2. part. quæst. 4. art. 1. num. 14. fol. 105. & art. 2. n. 15. fol. 111. solum dicit, quod in hoc Rego, tante cap. Si aliquem, voante proximiorum, patruus præsertur nepoti, & hoc impugnat in illis duobus Articulis, fundans, in feudi representationem concedi, & nepotem patruo esse præferendum attento jure communi, & Regni constitutione, ut de successione, si que non debuit Ursinus ad istius causæ decisionem allegari, Bilotta conf. 27. n. 15. & sequ. nihil contra nos concludit.

Regens Ganaverro (ab Adversariis prætermittus) conf. 5. ex num. 155. licet ex professo materiam dicit. Si aliquem, & novissimum capitulum 118. & 204. Dom. Imperat. Caroli, ac 18. Serenissimi Reg. Philippi pertractaverit, tamen ipse nobis tribuit responsum, dum in initio illius consilii, ante summarium, & postea in cales, se subscribens, inquit, prædictum consilium scripsisse Drepani, dum ibidem esset hospes, & peregrinus, ut amico rem gratam faceret; scripsit igitur tanquam hospes, & peregrinus in materia prædictorum cap. Regni, (alioquin doctus, & non contentende auctoritatis author,) quod ex dictis supra in hoc articulo, in quo omnibus illius fundamentis tacite satisfecimus, culliber intuenti ad oculum apparebit.

Doctissimus denique Donatus Antonius de Marinis, supermi tui Italicorum rerum consilii meritisissimus Consiliarius (etiam ab adversariis prætermittus) lib. 1. quotidian. resolut. cap. 126. n. 64. nobis in nihilo adversatur. Licet enim ibidem in collateralis lineæ, ultra filios fratrum subingressione filii in locum patris, sicque representationem, non dari, & inter fratres patruelis omnino cessare, ac propterea majorem natu, quamvis ex secundogenito, natu minori ex primogenito, præferendum firmaverit: loquitur tamen in terminis consiliorum, ut de successione, per quam, (ut jam supra notavimus) successio feudalitatis in transversali linea restricta fuit ad tertium gradum, hoc est, ad filios fratrum succedentes patruo in concursu alterius patruus, ut expressè advertit ibidem num. 61. relatis verbis prædictæ consilii. Ibi, filii autem fratrum, ac idè, cum successio in linea transversali non ultra progrediatur, cessat inter alios posteriores agnatos, questio de representatione, & prærogativa lineæ, quia non entis nullæ sunt qualitates juxta vulgares regulas. Et quamvis ex novissimis gratiis Neapolitano Regno concessis, præfata successio fuerit ampliata usque ad quartum gradum, & sic ad fratres patruelis, dummodo descendant per lineam masculinam in primo domino, & stipite feudum, ut constat ex pragmat. 11. de feudis, ubi Rovitus, & post eum Regens Ursinus de success. feudor. 2. part. qu. 10. per tot. quod & præciato loco idem Regens de Marinis prænotavit; nihilominus inter illos fratres patruelis, alteri patrueli succedentes, non datur representatio, nec locus est prærogative melioris lineæ, sed major natu minori anteponitur, ut ipsemet author rectissime resolvit.

Ratio est, nam prædicta extensio Regno illo per Tuz Majestatis gloriosissimos progenitores gratiosè concessa, fuit limitata ad solum illum casum successions inter fratres patruelis, alteri patrueli succedere volentes, ita demum si à primo feudi acquireto per lineam masculinam, tam defunctus, quam successio descendens, & abique præjudicio patrii, & alterius proximioris agnati, cui vel ex gratia anteriori, vel ex dispositione præfate constitutionis successio competere posset, ut satis ad propositum ratiocinatur Regens Ursinus de success. feud. 2. part. quæst. 6. art. 1. num. 3. cum sequ. Esset autem in præjudicium patrii, & aliorum proximiorum, si prædictis patruelis ex gratia admitti ad alterius patruelis successione representatio, & prærogativa potioris lineæ fuisset communicata, prout per dictam constitutionem inter descendentes in infinitum, & inter collaterales, usque ad tertium gradum fuerat concessa, juxta tradita per Marianum dict. disput. 2. 3. & 4. per tot. quoniam hac extante prærogativa, patruelis de meliore linea representando personam patris, excluderet patruum, & alios proximiores de jure, & per anteriores gratias ad successione admittos, ac propterea ne beneficium Principis in tertii præjudicium cederet, contra reg. leg. 2. §. si quis à Principe, & §. merito, ff. ne quid in loco publico, cum similibus, non fuit communicata patruelis prædictæ prærogativa, sed tantummodo concessum, quod succederent in defectum aliorum proximiorum, dummodo per lineam masculinam descenderent, & si forte duo, aut plures in illomet gradu reperirentur, major ætate deberet præferri, ut quod successio inter eos, independenter à suis progenitoribus, & ex gratia fuit concessa, & composita, ut non semel Sacrum Consilium Neapolitanum in casibus occurrentibus decidit, teste Georgio allegat. 12. cujus meminit Ursinus d. 2. part. qu. 9. art. 1. num. 9. & Rovitus in d. pragmat. 11. de feud. num. 71. vers. sed audio.

Unde jam apparet resolutionem Doctiss. Regent. de Marinis fundatam esse in illius Neapolitani Regni particulatibus legibus, constitutionibus, & gratiis, stante quod Capitula Papæ Honorii, (qui dicitur author nostri cap. Si aliquem, extendentes successione feudorum in linea transversali usque ad trineptem) non fuerunt in illo Regno recepta, ut multis probat Marianum dict. disput. 3. ac idè non posse adduci ad casus etiam similes, per nostra capitula aliter determinatos, l. cantus populus, C. de summa Trinitate, cum aliis supra n. 163. nam in Regno nostro stante dispositione dict. cap. volentes, feudorum successio in linea transversali in infinitum extenditur, saluti Regiæ Curie jurisbus consuetis, (ut est notissimum,) & per prædicta capitula novissima prærogativa lineæ, & in ea representatio fuit in præfata linea collateralis, aperit declarata, ut supra ostendimus.

Quomodo exaudiendi sunt omnes alii DD. Neapolitani, qui inter patruelis, alteri patrueli succedentes, representationem, & lineæ prærogativam, locum non habere, scriperunt, ac etiam ex eadem ratione regulantur, qui pro nobis ad favorem lineæ in hoc articulo adducti sunt, ut intelligi debeant juxta terminos dictæ constitutionis, ut de successione, per quam, consideratis Regni illius, de quo Marianus, & ab eo relati dict. disp. 2. num. 27. vers. quoniam, & novarum gratiarum, ac non aliter, prout ex eisdem non obscure percipiuntur.

Decisiones verò causarum, quas in Regni Tribunalibus ex adverso dicitur fuisse obtentas ad favorem gradus proximioris, & in pari gradu pro majore natu, nempe in causis Solasani, Saccanorum contra consilium Soccini, Caltabilloræ Lingue grossæ, Comisi, Feudi de Xiamusco, & denique Plumisii Dionysii; omnes prolatæ sunt in terminis dicti cap. Si aliquem, & ante editionem novissimum caput. sed in aliis diversissimis à casu nostro, felicitet in feudis novis, stante dispositione primi acquiretoris, aut in quibus non aderat clausula juristranscurus, vel non erat successio ab intestato, ac idè Adversariis non proficiunt, nec nobis obstant.

Aliæ autem decisiones, que allegantur post publicationem dictorum cap. noviss. nempe in causa Bicarisi, Camemi, Roccafloriæ, & de Caputarlo, sunt etiam in satis diversis terminis; quia in causa Bicarisi aderat dispositio testamentaria Guillelmi Raymundi, qui in pari gradu masculinum femine, in dispari verò proximiorum præferri disposuit, & nullus ex concurrentibus erat de familia ultimi morientis, nec primi investiti, sicque non poterat attendi dictorum cap. proviso. Sed nihilominus in M. R. C. dictum fuit ad favorem Don Horatii de Paterno, tam quam

quam de meliori linea, & de sententia Concistorii non constat, quia transactio fuit causa fopita, & Don Horatii successores de facto prædictum feudum possident, videndus Corsetus consil. 11. numer. 5. versio. rursus voluit, & in fine conf. vers. sed quæquid sit.

351 In causa Camemi, jus successions delatum fuerat antedictionem dicti cap. 18. Dom. Regis Philippi, & idè ejus dispositio locum habere non potuit, cum lolummodo pro casibus futuris ad Dom. Rege approbata, videndus Amat. dicta resolut. 1. ad finem, & nihilominus, ut ipse Amat. testatur, exitit votum contrarium eximii juris Consi. D. Blasii Joppolo, & baronia prædicta remansit apud illos, qui de meliori linea descendebant, non obstante quod, qui succedere prætendebat, uti de meliori linea, erat consanguineus in ultriori gradu, & non filius ex secundogenito, ut in casu nostro, imò nec militabat ratio conservandi feudum in familia.

352 In causa Roccafloriæ aderat dispositio testamentaria, quæ debuit attendi, & hac ratione exclusus fuit nepos ex primogenito filio, per patruum secundogenitum, uti proximiorum, quod apparet ex eademmet decisione, per quam feuda Sancti Basilii, in quibus pro Domino Petro Bonanno eadem militabat ratio, fuerunt adjudicata Donna Francisæ de Aragon. cui de eis fuit concessa manutentio juxta dispositionem testamentariam primi acquiretoris.

In causa denique de Caputarlo concurrentibus masculus, & femina in pari gradu, & idè ad favorem masculini, nempe baronis Sancti Juliani (licet de inferiori linea) fuit votatum, quia Judices pro constanti habuerunt dictum capit. 18. Dom. Regis Philippi habere locum, quia masculus concurrat cum femina in pari gradu, quo casu femina non potest se letari prærogativa lineæ, quoniam non est in linea qualitatibus, ex dictis supra n. 327. & sequ. & adhuc lis pendet in Tribunali Concistorii S. R. C.

353 Ex quibus deducitur, omnia adversæ partis fundamenta esse diruta, & subsistere non posse; ac idè conclusimus in casu nostro Mazaren Comitem, utpotè de meliori linea, manerent debuisse in possessione prædictorum Statutum, & feudorum, prout in similibus, & etiam diversis tenuimus decisum esse in hoc Regno in quamplurimis causis, scilicet Campifranconi contra cons. Tobias Benafati, apud Lunam dict. conf. 17. per duas sententias conformes confirmatas in Sacro Rerum Italicorum Consilio, Ramuriuræ, seu Surianæ in Trib. Concistorii, Canicatti, de qua testatur Amat. d. resolut. 1. n. 87. Jarrantana, & de Calamanzano, & Bicarisi in M. R. C.

354 Et hanc opinionem faventem prærogative lineali sequitur fere præcipue recentiores ex nostris Siculi melioris notæ, & polioris literature, in terminis capit. Si aliquem, Blasius Lancea ibidem quæst. 2. versio. profecto, & Joann. Alfonsus de Septimo in cons. Cacabi, Alcamis, & Calatravisi, in terminis noviss. cap. Milanens. Muta, Matritill. Amat. Coita, Cutellus, Giurba, Baronius, & alii in hoc discussu laudati, quibus adhaerent celeberrimi Juris Consulti Scribentes in prædictis causis decisis, & etiam in causa Licodia, in qua alii permuti de exteris se subscriperunt (quorum nomina reticemus, quia ipsorum consulationes, & allegationes non habentur præ manibus, & raro reperitur) idcirco illam, utpotè veriorum communiorum, & juris principis, ac prædictorum capitulorum mentis, & verbis magis consonam amplectimur.

355 Ad prædictis denique non recedendo; non prorius contentendum judicavimus, quod ex parte Mazaren Comitis ad excludendam prolegem majores ætatis, in qua sola Raendix Comes morem adificii superimpoluit, ut illum hac successione excluderet, ingeniosè, & non infeliciter fuit in allegationibus manuscritis propositum: nempe, prædictum Comitem Mazaren debere succedere ex performance Don Gabrielis Branciforti fratris primogeniti, licet mibi, furdus, & imperfectus (de quo supra meminimus in facti narratione, vers. Don Joannes secundogenitus) eo quod præfatum Raendix Comitem atque præcedit, & quamvis ipse non succedat ut retineat, tamen succedit ut restituat agnatis proximioribus.

356 Indigebat disceptatio ista longiori calamo, ac pleniori examine; sed ne justificationes istæ in volumen crescant, omittimus illam problematicè discutere, & ex superabundanti, pro uberiori judicii nostri comprobatione, illud contenti dicere sumus, quod licet pro utraque parte sint Doctores summe auctoritatis, valde probabile estimari potest, mutum, & furdum, aut alià à natura imperfectum, à successione feudi exclusum, per textum in cap. 1. ac mu-

tus, vel aliàs imperfectus, cap. 1. §. mutus, tit. Episcopus vel Abbas, habitu, & potentia capace, esse; quamvis actum feudum in eo non consistat, propter impedimentum, quod illum inhabilem ad militare servitium redidit. Ex quo DD. firmant, quod si talis imperfectus filium habeat, succedit filius ei, non obstante patris imperfectione; ut cum Baldo, Tiraquello, Menochio, Intrigliolo, Gregorio Lopez, & aliis notant Giurba de success. feudor. §. 2. glof. 4. post n. 40. versio. declaratio non, & glof. 11. a num. 40. Matritill. ad Petr. Greg. de concess. feudis, parte 4. quæst. 8. lit. B, versio. subintrigello, Camill. de Lavata in Teatro feud. part. 6. dilucid. 24. n. 4. & Carolus de Grassi, de effect. Cleric. effect. 4. n. 39. & si filium non habeat, sed fratrem, iste succedit, ut post Scribentes in dicto cap. 1. an mutus, vel aliàs imperfectus, docent Luna conf. 3. Petr. de Greg. de concess. feud. dicta part. 4. quæst. 8. numer. 28. & 29. Paulus Christifineus decis. Belgic. 151. numer. 1. cum sequ. tam. 1. ac si fratrem non habeat, succedunt agnati proximiores, Alvarot. de feud. titul. que sit prima causa benef. amir. cap. 1. §. fin. numer. 20. quem, & alios refert, & sequitur Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 1. a n. 570. Ursinus de feud. 1. part. qu. 8. art. 1. n. 45. Somsbek de feud. part. 13. n. 100. versio. tertia conclusio est, Balzarar. de feud. in vrub. tit. an mutus, num. 4.

Nec obeit dicere, prout ex adverso dicebatur, talem à natura imperfectum pro mortuo haberi, vel ac si natus non esset; nam respondent mutum, furdum, aut aliàs à natura imperfectum, suapte natura successibilem esse, & solum illi obitare casuale impedimentum, quod illum reddit inhabilem ad descendendum, ut docent Andreas de Iernia in d. §. mutus, tit. Episcopus vel Abbas, numer. 5. versio. sed quia, & num. 6. Monach. de feud. 1. part. cap. 57. numer. 25. & 26. videndus, numer. 14. ac proinde Baldum sequutus inquit Balzarar. dict. tit. an mutus, cap. 1. n. 10. versio. ultimo nota, quod feudum in mutis, & furdis, habitu saltem, licet non actu consistit. Unde Doctores nostri, qui in terminis e. si aliquem, vocantis proximiorum, patruum secundogenitum, nepoti ex filio primogenito prævalerunt: filium primogeniti imperfecti adhuc viventis, patruo præferendum constanti asseruerunt, ut videre est apud Petr. de Gregor. de concess. feudis, part. 4. quæst. 8. ad fin. Cumia dict. cap. 5. aliquem, verbo masculus, n. 29. Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 3. n. 17. & 18. addit. ad conf. 5. Alfonsi de Sept. numer. 5; & in filio primogenito furioso, qui verè incapax esse magis, quam mutus, & furdus, hic enim (si signis eloceri potest) ex probabili sententia matrimonium contraheret, & alios actus facere valet; ille autem si in furore perleverat, nullo modo capax est, videndus Thomas Sanchez de matrim. lib. 1. disp. 8. a num. 12. versio. Paulus Zach. in quæst. Medicolegal. lib. 2. qu. 8. de mutis, & furd. num. 9. quod stante statuto vocante proximiorum, aut sequentem in gradu, succedat ad exclusionem patru secundogeniti, dixerunt Castillo Sotomajor. contr. lib. 3. c. 13. n. 54. & 55. Giurba de success. feud. §. 2. glof. 6. n. 84.

Ex quibus deducitur, mutum, furdum, aut imperfectum, non haberi pro mortuo, seu non nato, quandoquidem præciat DD. ex ipsius imperfecti persona, filium ejus ad successione admittendum esse aliis exclusis proximioribus intrepidè concludunt: quod evincit patrem saltem habitu successibilem esse, & ab eo in filium successione derivari: non ita dicendum, si pro mortuo, aut non nato, imperfectus esset habendus.

Et fortius probatur ex textu in dicto cap. 1. tit. an mutus, vel aliàs imperfectus, ibi, quidam tamen dicunt, em qui talis natus est, feudum retinere non posse, quia ipsum servare non valet. Ex quibus verbis juncto principio illius textus manifestè colligitur, Sapientes Mediolanenses, non aliaratione fuisse motos ad denegandam feudi retentionem taliter imperfecto, nisi quia militare servitium, stante illo impedimento, præstare non poterat, quod & indicant verba sequentia, ibi, Sic dicimus in Clerico, & femina, & in similibus, quos certum est capaces esse successions, sed idè feudum non retinent, quia deservire non possunt. Unde non rectè dicitur, imperfectum haberi pro mortuo, aut pro non nato, & ibidem non posse succedere, & licet comparet femina, hoc magis evincit suapte natura successibilem esse, prout in Regnis utriusque Siciliæ ex d. consuet. ut de successione, videmus observatum in feminis, que succedunt in feudis, & deservunt pro substitutos.

357 Ulterius, & ex eodem textu evincitur solam retentionem imperfecto prohiberi, & per consequens successione de facto propter illud impedimentum, non autem successione de jure, idcircoque dicunt DD. quod succedit de jure, non

non ut sibi feudum retineat, sed ut restituat agnato proximo...

Et hinc fit, quod hic imperfecto datur vita, & militia abque onere servitii, Joann. Aloy. de Septimo apud Luman...

Quare concludimus in hoc Articulo Mazareni Comitum vel ex prerogativa melioris lineae...

ARTICULUS QUARTUS.

Mazareni Comiti debuit concedi praedictorum Statutum maputentio, ob qualitatem melioris originis...

Exclusa prerogativa melioris lineae, de qua in praecedenti Articulo...

Et omnes alias ad succedendum requisitas, ita caput excluderet...

De iure communi feudorum regulariter loquendo, & exclusiva concessione...

Imo & si concessio facta sit pro masculis, & feminis, aut pro haeredibus utriusque sexus...

De iure vero municipalis, si Regni constitutiones, in aliquibus, & ut de successione...

361

aliquibus, & ut de successione, in specialibus, & ut de successione...

Diximus hoc procedere sequendo communem acceptationem dictarum constitutionum...

Hec licet ita sint, non debemus a communi acceptatione recedere, quia jam in Regno...

Et si novissima attendamus capitula, hoc aliquantulum immutatum perspiciamus...

Et in nostris terminis, esse locum etiam dispositione praedictorum...

364

363

364

365

tionis statutum est, ut feuda conservarentur in Domo, & familia...

Et quicquid sit in terminis praedictarum constitutionum, & dicti cap. si aliquid...

Negari minime potest, quod per nostra novissima capitula supra citata...

Unde cum in dictis novissimis capitulis, ratio agnationis conservanda...

Et in nostris terminis, esse locum etiam dispositione praedictorum...

tentia, a qua nullus hucusque recessit, quod in paritate gradus agnatus...

Cujus assertio illa ratio redditur, quia quotiescumque consideratur agnatio...

Unde descendendo ad casum illustrius, extra omnem controversiam nobis visum est...

Quibus non obstant quae ab Advocatis alterius partis in hoc puncto...

Cui oppositioni respondemus, tum Corsetum loquentem esse contra communem DD...

366

367

368

369

370

371

372

373

dicentium, jus Longobardum, & sic jus feudum, fuisse jus commune istius Regni, & hodie servari in iis omnibus, in quibus correctum non reperitur per nostras constitutiones, & capitula, prout probavimus supra, art. 3. num. 194. ex constitutione Puviatem, de praesentibus Sacri. Bafil. cum aliis adductis à Molina laudatos constantem tenent Cannet. in cap. volentes, fol. 106. n. 10. & seq. & in cap. Si aliquem, fol. 237. n. 1. & 2. Intri- gliol. de feud. cent. 1. cap. 4. n. 26. usque ad 32. & per tot. Petr. de Gregor. de concess. feud. p. 4. q. 1. num. 1. 2. & 3. cum seqq. Lara- tha de feudis, p. 2. dilucidat. 22. fol. 23. & Franchis, decis. 113. per totam.

374 Tum, Corsetti assertionem nullo modo probati posse ex dicta constitutione in aliquibus, eo quod dicatur prava consuetudo illa, quae masculos remotiores, feminis proximioribus preponat; quia ibidem non fuit assignata forma succedendi in feudis regularibus, seu regularibus quaternatis (quae postea data fuit in constitutione de successione nobilitatis, uti immediatè sequenti de successione nobilitatis in feudis.) & solum huiusmodi edita praedicta constitutio ad reformandam iniquam illam consuetudinem introductam in successione bonorum Comitum, & baronum filias relinquunt, dum exclusus filias contra equissimam Justiniani Imperatoris in l. maximampositum. Codic. de liber. praeter. remotiores agnati, non solum bona feudalia, in quibus secundum jus commune feudorum succedere poterant, sed etiam libera, & alodialia sibi vendicabant, & praedictas filias feminas pro arbitrio maritabant; quod Federicus Imperator abrogavit per illam constitutionem, dammando ut pravam talem consuetudinem succedendi in alodialibus, & consulendo miseris feminis, pro ut ibidem disponitur: qui intellectus aperte colligitur ex lectura illius textus, & illum assignat Afflicti in principio, & quod dicta constitutio non procedat in feudalibus, sed tantum alodialibus, prout indubitatum firmat Martianus, disp. 3. numer. 25. vers. Minadous.

375 Secundo obijciunt, quod ex quo per nostras constitutiones, & capitula feminae sunt habilitatae, & admittae ad successione feudorum, si masculi proximiores non existant; non potest dici considerata agnatio, sed solum praedictio masculini sexus in paritate gradus ac ideo concurrenti masculo ex femina cum masculo ex masculo, si ille major natu reperitur, preferendum est, quod multis Doctoribus nam Regnicolis, tum Neapolitanis, Hispanis, & exteris, probare tentantur, quos consilio omittimus brevitate consules; quia punctus est satis notus, & facillime negotio ab eo nos expediemus.

376 Respondemus igitur, conclusionem praedictam, in terminis dictorum Capitulum Regni 204. Dom. Imperat. Caroli, & 18. Dom. Regis Philippi, non esse absolute veram, quia ut iam ostendimus, & probant DD. nostri ex verbis supra, num. 367. relatis, praeterea masculus concessa non solum consideratur, quando concurrunt cum feminis in pari gradu, sed etiam cum feminae sint gradu proximiores; sicuti accidit in concursu nepotis ex masculo cum amita, & nepos ex primogenito cum patruo secundogenito: his enim casibus, licet amita sit proximior, excluditur à nepore; & quamvis filia primogeniti sit de meliori linea, cuius ratione proximior existit, & in primogenito regulari esset preferenda, excluditur etiam à patruo secundogenito, & hoc ea expressa ratione, ut feuda conserventur in familia, & cognomine unde processerunt, quia moti nostrates, capitula praedicta extendunt ad alios casus ultra expressos, in quibus considerari possit idem gradus conservandae agnationis; ut constat ex dictis n. 368.

377 Imò, quod magis est, etiam in terminis dictorum constituti. in aliquibus, ut de successione, & cap. si aliquem, illa praeterea masculi in pari gradu concessa, dicunt multi ex nostratis, quod respexit favorem agnationis, relinquendo usque ad illum gradum jus commune feudorum in correctum: quod negari non potest, masculos agnatos etiam remotiores semper feminis, & earum descendentes, ob eundem agnationis favorem praetulisse, ut bene probant supra laudati n. 366.

378 Qua ratione dicit Joseph Cumia in dicto cap. si aliquem, verbo maritatae, numer. 10. 11. 12. 42. & 51. & verbo in capitulo, numer. 8. cum seqq. fuisse praeterea forem in capitulo, forori maritatae, quia scilicet, mulier innupta est agnata, & familiam conservat melius, quam nupta, de quo latius inferius.

379 Est ergo distinguendum Inter agnationem verè & proprie sumptam, & illam, quam fictam, & improprian, seu artificiosam communiter DD. vocant: si de vera, &

propria agnatione loquatur, certum est tantummodo dari posse in masculis descendentes ex masculis per lineam rectam masculinam, princip. in l. de legitima agnatorum successione, d. pronuntiatum, & familia, vers. communis iure, l. familia appellat. ff. de verb. sign. cum aliis adductis à Molina de primog. lib. 3. cap. 5. a. num. 1. & per totum, ubi quae Adde- tes, late Castillo, Sotomajor. lib. 6. contror. cap. 129. cum res- pons. seg. Don Joan. Baptista de la Rea decis. Granat. 34. par. 2. qui de hac materia ex professo agentes alios cumulat. Si autem de ficta, & artificiosa, negari non potest, eam considerari inter masculos cognatos, & sic descendentes ex femi- nis, ut sententur omnes proximè citati, & alij infiniti, quos recenseo otiosum est.

Dum autem DD. nostri dicunt per constitutiones, & capitula Regni consideratam fuisse agnationem, non lo- quuntur, nec intelligendi sunt de illa vera, & propria, in qua soli comprehensivi censentur masculi ex masculis agnati; haec enim non consideratur, quando in dispositione aut statuto vocatur feminae, seu cognati, ( nisi vocari sint in defectu agnatorum, vel post plures gradus substitutionum inter masculos ex masculis, ad quos restricta est agnationis conservandae ratio, juxta distinctionem Molinae dicto lib. 3. cap. 3. num. 59. vers. ex quibus, communiter receptus, ut per Addeutes ibidem dicto, numer. 50. vers. aut agnatio, & vers. primus casus, & vers. tertius casus, qui in- finitos laudans, Castill. dicto lib. 6. contror. cap. 133. num. 11. cum seqq. & cap. 33. per tot.) sed exaudiendi sunt de praedicta ficta, & artificiosa agnatio, quae consideratur inter masculos descendentes ex feminis, secundum DD. iam laudandos.

Er quidem non absolute, ita ut quamvis exet masculus ex masculo, descendens ab illa femina, seu cognato, qui prius successione occupavit, non possit illa femina, vel cognatus de meliori linea, & gradu in primogenito succedere ( prout illam intelligunt DD. quos referet, & sequitur Larrea dicta decis. 53. num. 2. & 49. & decis. 54. n. 7. 11. & 21.) nam si hoc concederentur, excluderetur filia, aut nepos masculus ex ea ultimi possessoris, per masculum remotiorem de linea masculina primi vocati, seu cognati, qui successione occupavit, quod non valuerunt nostra Capitula; sed restrictè, & limitatè ut supra in tertio Article, non irregulari, à nobis explicata supra in tertio Article, num. 370. cum duobus sequentibus, ut quàmvis commodè possit, & absque praedictio filiarum, & descendendum ultimi possessoris, conservetur agnatio, vel proprie, vel improprie, non feuda transeat ad alienas familias, à quibus non processerunt, dum conservari possunt absque detrimento in illis, in quibus femel ingressa est successio, quod non sic explicant DD. nostri.

Replicat Advocat. ac adverso, in casu istius liti, nullo modo considerari posse agnationem, nec veram, nec fictam: quia omnia feuda, super quibus erat controversia processerant à Donna Dorotea Barressi, & Branciforte nepte, & re- futataria Principis Don Francisci, & proavis communis & sic successio discipabat inter cognatos descendentes ex praedicta femina, & praetendentes succedere alteri femini cognatae, ut potest nupta in aliena familia, quae ratione prefe- rendas erat dictus Racudiz Comes, qui cum alio cognato in pari gradu major natu reperiebatur, & veniebat ad successione feminae cognatae, juxta distinctionem Cumiae in dicto c. si aliquem, verbo sexesu, n. 13. & seqq. praecipue, num. 16. & vers. aut femina; eo fortilis quia ipse mater Donna Catharina fuerat nupta in familia de Branciforte, ex Cravetta decis. 831. & 877. Vega consil. 63. Alsamandell. consil. 86. & 87. cum aliis per eum allegatis.

Sed nihilominus non esse recedendum à praedicta resolu- tione, ceteris enim. Quia superior replicatum in nihilo stringit. Primò, nam dato pro vero ( ut verum est ) per nostras constitutiones, & capitula consideratam fuisse agnationem, si non veram, saltem fictam, & eo modo quo com- moditus potuit attendi, ut feuda conservarentur in familia primi investiti, aut ultimi morientis: non evanuit, seu cessavit ratio conservandae agnationis, eo quod defici- sione masculis agnati feuda transferunt in Donna Doroteam, nuptam in extranea familia, & Domo de Branciforte, inter ejusdem quippe descendentes est attendenda ratio agnationis conservandae, fide, & artificiosè, prout supra explicavimus, ut extantibus masculis ab ea descen- dentibus per lineam masculinam, praerentur alij qui per aliam mediam feminam descendunt; sicuti in terminis res- solvunt Cephalus, consil. 381. vol. 4. Menoch. consil. 172. vol. 2. & consil. 315. numer. 41. volum. 4. Peregrin. de fideicom. arti.

art. 26. n. 29. Episcopus Valenzuela, & alij quos sequitur D. Joan. de la Rea dicta decis. Granat. 54. numer. 11. ad finem, quidquid in contrarium sentiat Petrus de Lara de vita hom. cap. 30. a. num. 119. cum seq.

384 Et in tenet est communissima resolutio, quod licet de- rant ad feminam ob masculorum defectum, & sic tran- seant in alienam familiam, non amittunt propriam natu- ram, & formam, sed amittunt, & dum sunt patres femi- narum dormiant, quomodo nascuntur masculi ex ea, qui- bus natis, reasuntur feuda naturam suam, ex quo à simp- le masculino iudicium habuerunt; & isti masculi, & ex eis descendentes sentuntur masculi sexus, praerentur femi- nis, & cognatis proximioribus; ita eleganter Castren- sis, consil. 136. n. 2. lib. 1. Cacharanus consil. 6. num. 4. & seqq. vol. 2. Everardus junior consil. 43. num. 19. volum. 1. & consil. 20. num. 1. usque ad 16. & consil. 29. num. 14. & consil. 50. num. 44. volum. 2. Rolental. de feuda, cap. 7. concl. 49. num. 7. & seqq. Valenzuela Folter. de success. cap. 19. art. 7. n. 11. & seqq. Milab. decis. prima num. 64. 65. 66. & 67. lib. 1. Intri- gliol. de feud. cent. 1. quest. 27. num. 12. & 13.

Secundo, quia tamen Advocat. ac adverso, multis ad- ductis praerentur ex nostris DD. Hispanis, probare inten- derint, masculum ex femina proximiorum, aut in pari gra- du majorum natu, praerendum esse masculo ex masculo remotiore, aut natu minore: nam masculus ex femina est aequè masculus, & in pari sexu, & gradu, est attendenda ma- jor aetas ex Phæbo, Pereira, Flores de Mena, Molina Theo- logo, Gama, Raudenfi, & aliis: adhuc tamen extra cho- rum cantate arbitrat sumus, quoniam praedicti, & alij per- multi DD. qui in illa prolata, & fatis apud Hispanos, & etiam exteros, controversia disceptatione, utrum ex sim- plice, sed repetita vocatione masculorum censetur contem- plata agnatio? negatam sententiam mutari solum, & sic pro masculo ex femina le sobiciter; nisi expresse, ad indu- bitatis conspectibus consistet restatorem represse ad ratio- nem conservandae agnationis; (videndi Molina, Adde- tes, Castillo, & la Rea in locis citatis num. 379. & ultra eos, Lara de vita hom. dicto cap. 30. a. num. 116. Valenzuela consil. 97. Sella decis. 254. num. 3. & num. 52. usque ad 220. & in responso post eam num. 51. & dec. 374. & 412. part. 4. Ce- sar. Barz. decis. 97. num. 11. Riccius collect. 886. part. 4. Fon- tanell. de pact. claus. 4. gloss. 25. a. numer. 13. Marefcor. lib. 2. variat. num. cap. 149. num. 2. Anton. Faber. de errorib. dec. ad 28. err. 8. num. 6. & alij relati à Fusar. de substit. quæst. 404. Paschal. de virib. par. pot. part. 4. cap. 9. num. 41. cum seqq. & Peregrin. de fideicom. art. 26. ex num. 12. qui alios multos cumulat) eo moventur fundamenta, quod in tali simplici masculorum vocatione non fit considerata agna- tio, sed solum sexus masculinus ad exclusionem femininarum, quibus propter earum fragilitatem dominari non com- venit, quo casu masculi ex eis censentur vocati, & non ex- clusi, & hoc ita concludunt quando talis masculus ex femi- nina est de meliori linea, & excludi praerentur per mas- culum ex masculo remotiorem, & de linea inferiori, ut ex eorum lectura apparet.

At sic est, quod per nostras constitutiones, & novissima capitula expresse est considerata agnatio, ut feuda conse- ventur in domo, & cognomine nato à quibus processerunt, ut satis probatum remanet. Ergo sequitur, quod con- currentibus masculo ex masculo agnato, secundum superio- rem traditionem, & masculo ex femina in pari gradu, illo de meliori linea, & hoc de linea feminae inferiori; est ex- tra omnem controversiam, illum praerari debere, etiam in sententia praedictorum DD. ( qui in casu quo ex disposi- tione, vel statu consideratur agnatio, farentur masculum ex masculo de linea inferiori, praerendum esse masculo ex femina de meliori linea, & fortilis quando aut in pari gra- du, & ille istum praecedat in linea, ) ultra quod multi ex praecitatis DD. loquuntur in dispositione hominis, & in majoratibus Hispaniae, & aliud dicendum est in vocatione Statuti, ubi semper consideratur ratio agnationis conser- vandae, ut expresse dixerunt Bardellon. consil. 81. n. 36. Ca- pye. Larro decis. 127. n. 48. & 49. Sella decis. 254. n. 284. & in respon. num. 7. in terminis Statutorum Italiae Ca- stillo Sotomajor. tom. 6. dicto cap. 129. n. 51. vers. omnes fe- re praecitati, qui praedictam distinctionem confirmant.

Et quomvis praedicti Advocat. dixerint, quod inter duos patres non attenditur linea, sed in pari gradu major a- etas, ( cui replicationi abunde satisfactum est in tertio Arti- culo ad huc, ex hac qualitate melioris originis, invitis dan- tibz fatari debent, non posse excludi Comitum Mazzarenæ per Racudiz Comitum, & per consequens, eis non suffra-

gari Decisiones Phebi, Pereire, Gama, Flores de Mena, Molinae Theologi, & aliorum supra relatorum, qui loquuntur in casu quo nec consideratur agnatio, nec attenditur praerogativa lineae, ut eis a praerogativa dignificatur.

388 Tertio, quia à veritate deviat asserere, Donna Mar- garitam Branciforti cui succedi praerentur, non fuisse agnatam, & verius est talem fuisse, & ut tali succeden- dum esse, non obstante, quod fuisse nupta Don Federico Columna ipsius unici viro, à quo vidua remansit. Certum enim est feminam ex masculo descendente agnatam esse, d. l. pronuntiatum, ad fin. ff. de verbor. signific. l. 2. ff. de legiti- hered. leg. duodecim tabul. C. eodem titulo §. ceterum. insitit. de legit. agnat. success. gloss. marginal. verbo non videtur in leg. voluntas 4. de fideicom. Paril. consil. 35. in princip. & n. fin. lib. 3. Simon. de Pretis interpret. ult. volunt. interpret. 3. dubit. l. solat. 11. n. 66. & 77. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 6. num. 39. & ibi Addeutes n. 3. 4. & 35. ad finem, idem Molin. lib. 3. cap. 5. num. 3. Castillo lib. 2. contror. cap. 8. a. n. 19. & ex nostris Siculis Corsetti. consil. 18. numer. 18. vers. istud probatur, qui alios laudat, late Altograd. multos referens con- sil. 86. numer. 46.

Quam agnationem non perdit femina licet nupta sit in aliena familia, ut probant text. in d. leg. voluntas 4. Cod. de fideicom. ubi Paulus, & Jason. in princip. & Bald. n. 7. De- cius in l. femina, n. 92. ff. de leg. 2. Paril. consil. 47. numer. 56. lib. 3. Molina dicto lib. 1. cap. 6. n. 39. ex nostris Cumia in dicto cap. si aliquem, verbo maritatae, n. 10. Mutari eo- dem cap. numer. 235. & 236. Vincentius Perricone in causa Surianae vers. 2. negando.

Et fortilis cum Donna Margarita non haberet filios, & vidua remanserit, quo casu familiam conservare dicitur, ex Intriogliol. de feud. cent. 2. art. 55. n. 12.

Unde deducit nos esse in primo casu distinctionis assi- gnatae à Cumia in dicto verbo sexesu, num. 12. nempe quando ille cui succeditur agnatus est, quo casu firmat agnatum pre- ferendum cognato, & sic habendam esse rationem agnatio- nis; quod claritè concludit in verbo masculus, n. 77. ac ideo ex doctrina istius Doctoris nullum commodum consequitur Racudiz Comes.

Quarto, quia statibus novissimis capitulis, in verbis supra relatis num. 367. accioche li Azzi, Stati, & baronie, &c. debet considerari Dominus, cognomine, & familia utili- morientis possessoris feudis, qui succedunt, & cuius pro- ximitas ad succedendum attenditur, ex dictis supra in 2. art. & adductis ab Amato dicta resol. 30. numer. 8. Corsetti filio ad Patrem consil. 25. numer. 29. & seqq. alias si ob finitam lineam masculinam primi acquiruntis, deveniret feudum ad feminam, vel masculum cognatum ab illo descendente, cessarent praedicta capitula, cum eorum ratio non posset verificari, concurrentibus cognatis à primi acquiritoris proprie non conservantur, & sic in praedicto cap. si sine secun- dogenitus non esset praerentus nepi ex primogenito, nec frater tertio genitus nepi ex fratre secundogenito, qui non ob gradus proximitatem, sed propter agnatum qua- litatem praerentur contra ordinarias regulas primogeni- turae, scilicet praerogativa lineae, aut, ut Advortari vo- lunt, beneficii representationis: quod absurdissimum esset dicere; ac ideo inferendum non est sufficere, quod succedere volens sit de familia ultimi morientis, ut expresse agnoscit Corsetti. consil. 11. numer. 10. & consil. 18. num. 18. ubi ea ratione negabat, considerari agnationem in casu- lorum consiliorum, quia praetendens successione, non erat de cognomine primi acquiritoris, nec ultimi morien- tis, firmans hoc ultimum fat esse, ut consideraretur agna- tio, & in his terminis, omni cater dubio, Comitum Ma- zarenæ utpotè de familia, & cognomine Donnae Mar- garitae filiae D. Francisci Branciforti illius patris, & nepis D. Fabricii communis Avi. ultimaeque possiditricis, praerenden- dum esse Racudiz Comiti, qui cognatus est ex aliena familia.

Quinto, quoniam non est absolute verum, masculum ex femina nupta in familia praerari masculo ex masculo, & DD. in contrarium allegati limitantur, & taxantur per alios quamplures, qui multis rationibus illorum dicta ostendunt, non posse procedere, nisi quando praeterea concessa fuerit cuilibet masculo de familia: ut bene inquit Rauden- sis, consil. 3. num. 25. lib. 1. qui in tractatu variar. c. 39. n. 409. pun- dum repetit, eam rationem reddi; nam masculus ex mas- culo verè, & naturaliter agnationem, & familiam conser- vat, masculus verò ex femina non nisi per fictionem, & arti- ficium, & prosequitur multa Bero consil. 96. lib. 2. Soccin. Junior.

**Junior.** *conf. 13. lib. 4. Curt. Junior. conf. 117. vers. circa secundam novam considerationem.* Bellon. *Jun. conf. 2. a. n. 73.* Perez de Lara *de usu. hom. dist. cap. 3. a. n. 99. Prax. dist. for. e. 4. a. n. 56. lib. 1. Jacob. Federic. post. conf. 95. Altograd. lib. 2. sub n. 67. vers. Maurianus Jovinus, & vers. Aug. Bero. Rovitus conf. 17. lib. 1. ubi scripsit contra Peregrinum conf. 50. lib. 3. Alberghin. *inter conf. Fusaris 18.* qui scripsit contra Bartholomaeum Stella, videndus n. 11. *vers. 3. comprobatur,* ex quibus deducitur non esse attendendam hanc Racudiae Comitris qualitatem, a persona ejus patris deducam, praecipue cum ipse non descendat a Donna Dorothea; in quam praedicta feuda transferunt, nec sit de familia de Santapau, & Barresi, a qua illa proveniunt, sed de familia de Branciforti, & diversa linea, quae habetur ut extranea.*

**393** Obiectant deniq; Advocati ex adverso, non debere extendi praedicta capitula, & eorum rationem ultra personas in eisdem expressas: ac ideo cum controversia de successione esset inter duos patruales, qui casus ibidem comprehensus non invenitur, absolum erat, dare extensionem, quam illa statuta non admittunt.

**394** Sed respondemus sat a nobis fundatam ditorum capitulorum extensionem in 3. artic. remanere, etiam quoad captionem agnationem ob rationem in eis expressam, ultra personas ibidem exemplificative commemoratas: quod & in hoc artic. tetigimus n. 368. & propterea dicimus favore filii secundogeniti, hoc est Comitris Mazareni in praedictis Capitulis expressè comprehensum, durate mortua filia tertio genita, scilicet, Donna Catharina matre Comitris Racudiae, ibidem propter illum exclusa, ac si hodie viveret: quia jus, quod ille habuit ex capite invitativo ad successione in concursu Amite, non potest amitti ob ipsius mortem concurrente ejus filio eadem ratione excludendo: cum prelatio praedicto Comiti concessa uti filio ex secundogenito, fanderet in agnationis favore, quem filius feminae excludit disumpere non valet, utpote descendens ex eadem infecta radice, optime ad propositum Antonij Faber de erroribus dicta de cad. 28. error. 10. numer. 10. ibi, *at qui non potest filia facere, ut hinc nepos videatur filius masculus restatoris, quandoquidem nec illa ipsa masculus est, ut nec ipse femina,* quod praesentat Tiraquell. de primog. qu. 12. ex n. 6. & demum facit regula communiter a Doctoribus tradita, quod exclusa femina propter masculos, ejus omnes descendentes censetur exclusi, cap. 5. hoc autem notandum, de his qui feudum dare poss. & post Joan. Andr. in cap. ad apostolicam de fens. & re judic. lib. 6. & in addit. ad speculat. tit. de testam. circumfines, tradunt Bald. Aretin. Claudius de Seisfel. Castrensis, & alii apud Peregrin. de fideicom. art. 26. ex n. 4. Menoch. conf. 172. ex n. 15. Tiraquell. ubi supra a. n. 12. & post Palacios, Rub. Cisneros, & Greg. Lop. Molina *disposit. 3. cap. 5. n. 45. & 46. Mirera de majorat. 2. par. quest. 6. n. 220. Giurba de feud. §. 1. glof. 8. n. 16. in fin. §. 2. glof. 6. n. 6. cum additis supra, num. 370.*

Et quavis ex adverso dicebatur, Racudiae Comitrem non venire ad successione representativè ex persona matris, sed ex sua propria persona uti masculus descendens a primis feudorum acquiritoribus, ob idque iuxta communem distinctionem (de qua post Cardin. Mantici. de consuetud. lib. 8. tit. 18. n. 49. & lib. 11. tit. 20. num. 7. Gutierrez. lib. 3. practicar. qu. 67. n. 20. Menoch. conf. 802. n. 61. & 62. lib. 5. Rota *decis. 15. n. 6. & 7. part. 2. diversorum,* Greg. Lop. in l. 3. tit. 13. part. 6. glof. magna, quest. 22. *vers. Sed an exclusus,* Molina lib. 3. cap. 5. n. 39. & 41. & alios quos refert Hondecd. conf. 72. n. 42. cum seq. lib. 1. testantur Adantes Molin. *dist. lib. 3. cap. 5. n. 51. vers. in quamvis,* & alii laudati a Castillo Sotomajor lib. 2. *cont. cap. 4. praesertendum esse dicto Comiti Mazareni,* quem in pari gradu, & sexu praecedebat eate, non obstantè, quod illius mater esset exclusa, si forte concurreret cum praedicto Comitris nepote.

Tamen huc difficultati, quam adhuc locum supra, n. 271. referavimus; nunc satisfaciamus, & dicimus non ob stare supradictis; quia omnes DD. dicentes filium feminae exclusae posse succedere in primogenito, si ex persona sua ad successione veniat, loquuntur expressè, & intelligendi sunt eo casu, quo filius ex propria persona independenter a matre, vocationem habet, veluti cum exclusis feminis, vocantur descendentes masculi, & cum expressè, neque ex inclusionem conjecturas deducitur, habuit fuisse respectum ad agnationem conservandam, sed solum ad nudam masculinitatem; in quibus terminis, tam supra citati duobus numeris praecedentibus, quam alii permulti, quos longum esset recensere, firmant masculum ex femina exclusa, de meliori linea, & gradu, debere succedere, ad exclusionem

agnati remotioris, quia venit ex persona sua, & ex propria vocatione. At quando habitus est respectus ad agnationem, nullus ex eis dicit, nec dicitur potest masculum ex femina (qui cognatus est) habere vocationem in concursu masculi ex masculo agnato, imò omnes fatentur illam non habere, nec posse succedere, quantumvis tenuerit illam, & de meliori linea existat, cum non habeat qualitate ad succedendum requisitam ex persona sua, nec ex persona matris, per quam praetendit prerogativam primogeniturae, & continuationem lineae, nam ut inquit Bald. in leg. maximum visum, num. 4. *Cod. de liberis praeteritis, in leg. maximum visum, num. 4. Cod. de liberis praeteritis,* licet in filio mutetur sexus, non tamen mutatur qualitas, & ratio exclusivae, & in sententia Pauli de Castro *conf. 241. num. 5. lib. 1. est major ratio exclusivae filii, quam matris; ille enim est cognatus, haec verb agnata; & ideo solummodo non admittitur, quia principium dicit alteri de veteri familia, dictat. pronuntiativus ad fin. ff. de verb. signific.*

Unde in casu istius litis nihil proficit Racudiae Comiti dicere, quod venit ad successione ex persona sua, & non ex persona matris; quia ut jam saepius diximus, per nostra capitula considerat agnatio, cuius ratio expressè affinitate nepoti in concursu agnato, propter eam exclusa, & haec exclusio eidem favorabilis, durat eo vivente, non solum respectu praedictae amite primogenitae, sed etiam respectu filiorum ejus; fortiori ratione cum sint cognati, & gradu remotiores, qui cum non habeant vocationem in concursu agnatorum saltem in pari gradu, imò sint exclusi de jure feudorum incorredto per nostras constitutiones, quod quid sit quando proximiores vocantur, non possunt ex persona propria ad successione venire; ac ideo abque ulla ditorum capitulorum extensione, Comes Mazareni praedictus excludit dicitur Racudiae Comitrem, tam ex persona sua, quam ex persona matris, iuxta superius dicta, quae non debilitant contraria ista oppositio.

Quae omnia attendentes, & praeculis illud praepone habentes, quod dicitur Comes Maxareni, uti masculus ex masculo, est admittas ad successione praedictorum feudorum: tum ex expressa juris feudalis, & communis dispositione: tum ex Regni constitutionibus, ac Capitulis; dicitur verbò Racudiae Comes utpote masculus ex femina excludit de jure eorum, solum per vocata nostra Statuta miserationis causa, est in subsidium videtur ex persona matris; quia fuit agnata (quando tollit est hoc loco capite, & qualitate probate petitis testibus in superioribus Articulis commemorat illam debere declarari, illique mantentionem concedi, virtute Capituli 45. Invidissimi Regis Ferdinandi continuantem possessionem in heredem scriptum, & verum de jure successorem in feudis (qualis esset praedictus Mazareni Comes ex testamento ultima possessoris, instituitur eum, qui de jure succedere debet,) quia dum concurrat exclusus de jure feudorum, & tantum vocatus in subsidium, cum simpliciter admittit, & vocato tam illo jure, quam per Regni Capitula: certe quidem ille vocatus in subsidium intelligi debet vocatus ordine successivo post illum, qui etiam de jure admittas est, quandoquidem in pari gradu jus illud remanet per dicta capitula incorredto, & per alia novissima aliquantulum ampliatum, quos immitat ratio agnationis conservandae: ideoque cum qualitas sexus potentior sit etatis qualitate, nihil refert, quod in hac vincat qui in illa vincat; imò ob ejus defectum non est vocatus, nec potest concurrere; sicut nec ejus mater, per quam fuit admittas. Et sic concludimus in praesenti Articulo.

ARTICULUS QUINTUS.

Principes de la Trabia, & Resuttana, qui ad causam venerunt praetendentes mantentionem in possessione Status, & Marchionatus Militelli, non habent bonum jus in hoc judicio, ac ideo justissime fuit unicusque eorum denegata mantentio dicti Status; salvis juribus ad judicium plenarium & petitorium.

**D**iximus supra Artic. 2. ex num. 23. non liquido constare, cui ex descendentes istius familiae de Barresi, & sub qua forma concessam fuisse Terram, & Baroniam Militelli: sed solum ex aliquibus scripturis deprehendi, quod fuerit concessa in anno 1393. per Incluyum Regem Martinum, Blasco Barresi, & deinde Antonello ejus filio, pro se, & haereditibus de suo corpore legitime descendentes; & quod a Blasco pri.

primogenito dicti Antonelli, usq; ad Don Vincentium Barresi, qui oblit anno 1467. abique filius, & cui successit Donna Catharina soror; nupta postea Don Fabricio, Butera Principi, fuit per continuata successio de primogenito in primogenito directae lineae, & omnes successive investituras acceperunt, probata morte antecessoris, & primogenitura successoris, iuxta tenorem suorum privilegiorum, nullo alio expresso, ut constat ex investituris in processu exhibitis.

**399** Nunc autem pro istius Articuli faciliori expeditione, Arbore pramisso (de quo folio praecedenti) supponendum est in facto, quod in anno 1568. possidente dicta Terra, & castro Militelli, praefata Donna Catharina Barresi, uti haerede D. Vincentii fratris, virtute ipsius testamenti, & prout diximus dicto 2. artic. num. 25. & 26. Blascus Barresi Principis de la Trabia Proavus tentavit in hac R.M.C. reivindicatorem dicti Status contra dictam Donnarn Catharinam, asserendo ad ipsum pertinere, eo quod dictus Antonellus, Blasci primi acquiritoris filius per suum solemne testamentum confirmatum postea per Dominum Regem Alphonsum in anno 1444. disposuerat, & ordinaverat, quod in dicta Terra, & Castro succederet Blascus ejus primogenitus, & omnes alii primogeniti masculi, ex eo descendentes in infinitum, feminis semper exclusis, & quod in defectum masculorum de linea directa Blasci succederet masculus primogenitus de linea secundogenita; ob istius defectum devolveretur successio ad masculum primogenitum de linea tertio genita; & si primogenitus istius tertiae lineae decederet sine filio masculo, posset succedere ejus filia, & ex ea masculi descendentes: illa verbò abique filiis masculis defuncta, transiret successio ad filiam primogenitam de directa linea dicti Blasci, & ad filios masculos ejusdem. Quibus extinctis, succederet filia primogenita de linea secundogenita, ejusque filii, & descendentes masculi; ita tamen, quod tales descendentes ex feminis, deberent se cognominare de Barresi; quibus omnibus defectis vocaverat filios secundos, & tertiosque ipsius Antonelli testatoris, eorumque descendentes, servato eodem ordine primogeniturae.

**400** Sub qua dispositione, dixit successione dicti Status pervenisse ad Joannem Baptistam Barresi nepotem ex filio primogenito d. Blasci, a quo Joanne Baptistam processisse Antonium filium primogenitum, Nicolaum secundum, & Blascum tertio genitum; ex Antonio Carolo, ex hoc Carolo Vincentium, & Catharinam; ex Nicolao secundogenito Franciscum, & ex hoc Carolo, & Bearricem: quia dictus Vincentus decederat abique filiis, & ex dicto Nicolao secundogenito solum remanerat Beatrix, asserere praedictus Blascus, ad ipsum uti masculum tertio genitum dicti Joannis Baptistam spectare successione, excludit praedicta D. Catharina, quam ut injustam, & intrusam posseditricem, petit condemnari ad restitutionem d. Status cum fructibus a die indebitae occupationis.

**401** Inter alias scripturas ad effectum missas praesentavit praedictum assertum Testamentum Antonelli Barresi conditum (ut supponitur) Militelli die prima Martii xi. Ind. ann. 1431. per acta Notarii Antonii de Stephano, transcriptum semel & iterum abique citatione interesse habentium, & cum aliis defectibus, de quibus infra suo loco; ac etiam edidit praedictum Privilegium Domini Regis Alphonsi de anno 1444. in quo enuntiativè dicitur, quod confirmavit testamentum Antonelli Barresi, in quo dispositum de praedicta baronia Militelli, sed non calendarum tale testamentum, nec dicitur cor. Noario fuisse confirmatum.

**402** Ex parte d. Donnae Catharinae conventae, inter alia fuit oppositum de falsitate praedicti asserti Testamenti per viam cedulae denuntiatoriae, & interrogatoriae, ut dictus Don Blascus responderet, an eo uti vellet pro vero, & autentico? cum profectione illam accusandi criminaliter de usu falsorum instrumentorum; sed cum non respondisset simpliciter affirmando, prout de jure tenebatur, fuerunt ab utraque parte diversa cedulae praesentatae, & formati fuit Articulus, qui demum remansit indefensus, eo quod praefatus Actor directè responderet reus fuisse; & causa in negotio principali conclusa, in illo statu fuit relicta.

**403** Moritur deinde praedictus D. Blascus in stirpe haerede universalis d. Joanne Barresi ipsius filio primogenito, qui non curavit praefatam litem prosequi, & denique decedit absque filiis masculis, unica relicta filia Donna Elisabetha Barresi, quae patris extitit haeres universalis, ex qua natus est Dom. Octavianus Barresi, & Lanza Principes de la Trabia ipsius primogenitus, & haeres, unusque ex oppositoribus, qui nec in vita matris, nec post illius mortem utque quod Donna Mar-

garita ab Austria, & Branciforte naturae debum solvit, de praedicta lite reivindicatoria recordatus est, imò illa desiderata, & multis mensibus post introductum causam inter dictos Comites Mazareni, & Racudiae venit ad illorum exclusionem, praetendens mantentionem dicti Status Militelli.

**404** Praesentavi inter alias scripturas ad effectum missas, simplicem copiam praedicti testamenti exactam ex consimili dicti processus super reivindicatoria praedicti Status ab eodem Principe in ipsius Domo conservati (originalis enim non fuit reperiens in Archivio istius M. R. C. sed amissus, & deperditus, & non potuit constare, an factus, & culpa cuiusdam Advocati, & Procuratoris praedictae Donnae Margaritae, an ob calliditatem alterius Agentis, & Solicitatoris dicti Principis; de utroque namque fuit nobis facta informatio per fidem Archivarii, & nonnullas testimonium depositiones tunc temporis receptas, ex quibus valde dubia remansit dicti processus amissio, ex cujus facto contigerit, quod in praedicto summario judicio non licuit examinari) ac etiam alterum copiam dicti Privilegii Serenissimi Regis Alphonsi de anno 1444. in forma probante; pariterque aliam copiam testamenti praedicti Blasci Antonelli primogeniti de anno 1445. in quo enuntiativè fit mentio de praefato Antonelli sui genitoris testamento, absque designatione diei, diei, mensis, anni, & Norarii.

Et virtute praedictarum scripturarum petit manteneri in possessione d. Marchionatus, dicens se esse verum, & legitimum successorem, utpote pronepotem dicti D. Blasci Barresi masculum de linea masculina dicti Joannis Baptistae primogeniti de linea directa Blasci primi vocati, in cuiusque, ob defectum aliorum masculorum de praedicta linea Joannis Baptistae, nempe Antonii, & Nicolai, ipsius filiorum, continuatam fuisse dictam possessionem ex nostro statuto continuante (de quo pluries praecedentibus articulis); & ex testamento praedictae Donnae Margaritae ultimae morientis, quae dum illum in dictis Statibus, & feudis particularem heredem instituit, qui de jure succedere deberet, ipsum Principem instituit velle iudicari debeat, cum ipse esset verus, ac indubitatus de jure successor, stante praedicto testamento, per quod successio regulanda erat.

**406** Deinde venit ad idem mantentionis judicium Don Joseph Barresi, & Napoli Princeps Resuttanae; praetendens dicti Marchionatus mantentionem ad exclusionem tam d. Principis de la Trabia, quam ditorum Comium Mazareni, & Racudiae, & dixit ad illum spectare successione, eo quod esset masculus descendens ex Nicolao filio secundogenito praedicti Joannis Baptistae, a quo processerat Franciscus, & ex eo Carolus, & Beatrix ipsius filii, & quod tempore mortis dicti Don Vincentii primogeniti de linea directa masculina dicti Blasci, remanserat vivus d. Carolus primogenitus Francisci de praedicta secunda linea masculina, (prout vixit usque ad annum 1618.) ideoque eidem Carolo, & non Blasco tertio genito ex dicto Joanne Baptistae, fuerat debita, & delata successio, exclusa praedicta Donna Catharina, & quod ob mortem dicti Caroli abique filiis successerat praedicta Beatrix ejus soror, quae viverat usque ad annum 1639. quo tempore decederat praedicti Blascus, & Joannes ejus filius, nullusque extiterat masculus de tertiae linea, ad quem successio praedicta transire posset, & ob mortem Bearricis, fuerat devoluta successio ad dictum Principem ejus nepotem ex filia unica Donna Elisabetha illius matris, qui tunc temporis natus erat, & primogenitus. Ad quam fundandam intentionem praesentavit easdem scripturas, testamenta, & privilegium, & quorum supra meminimus in eadem forma, & prout fuerunt editae per Principem de la Trabia.

Fuit denique per utramque partem de legitimatione personarum eorumdem sufficienter edoctum, quo ad descendentiã ab illis personis, per quas succedere praetendebant, in quo omnes litigantes extiterunt concordantes.

**407** Et in eo extitit discordia, quod dicti Comites Mazareni, & Racudiae excipiendo dixerunt, praedictos Principes de la Trabia, & Resuttana non esse audiendos, eisque mantentionem denegandam, tum quia praedictum testamentum Antonelli Barresi non erat authenticum, sed simplex copia alterius copiae ab aliqua comprobatione, & vellentissimam patiebatur falsitatis presumptionem, si signum debebat admitti in summario mantentionis judicio ad regulan-

gulantam dicti Status successorem; tum etiam quoniam...

Inter dictos vero Principes de Trabia, & Resuttana, contentio erat super prelatione linearum; ille enim ascebat...

Hac in facto, qua potuimus brevitate prelabivimus, quia concedunt ad celeritorem expeditionem eorum...

Ad tria igitur capita reducitur ratio exclusionis predictorum Principum Trabie, & Resuttana. Primum, quia...

Unde locum sibi vendicat vulgaris, & communis regula, quod non est tribuenda fides copie...

Quoad primum, sunt quampursua vita, quae praedictum patitur testamentum; non enim apparet Protocollo, seu...

Deinde non est exhibitum originale (hoc est primum exemplar, quod a matrice extrahitur per Notarium, seu tabellionem...

Imo ultra contrarietatem, quae visibiliter legitur in dicto principio, & sine praefati transumpti, est etiam notandum...

Unde locum sibi vendicat vulgaris, & communis regula, quod non est tribuenda fides copie...

non enim aderat iusta causa illius transumptandi, cum supponatur...

Nec obflabit dicere (prout ex adverso dicebatur) praedictum exemplum, seu transumptum esse satis antiquum...

Ideo ut instrumenta antiqua exemplata fidei mereantur, duo, vel ex his unum debet necessarii praecedere...

Quod totum deficit in casu nostro; quia praedictum testamentum non apparet, quod fuerit observatum...

Præter quam quod ex abundantia (prout, & praecedentia quae tantum illius Articuli exorandi causa scribitur)...

sint pluraquam anni ducenti, tamen exemplum, quod praesentatum supponitur in dicta causa rei vendicatoria...

Nec relevat, quod in praedicta fide, de qua supra, num. 14 dicitur deficere acta dicti Notarii Matthaei de Vitali...

Nam fit satis, hanc objectionem, (quae solum fundatur in praesumptione juxta praecedentes doctrinas)...

Deinde quia si verum est, quod Advertiserii affirmant, scilicet, praedictum testamentum extitisse postea dicti dicti de Vitali...

Uterius, exceptio non existentia talis testamenti, & cedula testatoria praeservata ex parte Donae Catharinae...

At sic est, quod tacuit, nolens directe respondere dictae positioni, diffidendo de veritate dicti Instrumenti...

409

412

413

414

411

422

423

424

425

426



luti successione redire ad feminam primogenitam anterioris lineae, dubium non est, rationem prelationis fuisse fundatam in prerogativa lineae jam ingressa, in qua exstantibus masculis poterat continuari successio, quibus deficientibus concessa est prelatio feminae de linea primogenita, quae idem fuit praedicta; nam illius filii masculi poterant agnationem hanc conservare, & eadem ratione illis extinctis fuit facta translatio ad filiam ex secundogenita linea, & ejus filios.

Unde deducitur, quod cum non potuisset transire successio ad ultimum masculum agnatum de linea tertio genite, nempe ad Don Joannem filium primogenitum Blaischi adoris in praedicta causa reivindicatoria, nisi evacuata linea masculina ex filio secundogenito dicti Joannis Baptista, in qua erat dictus Don Carolus, qui praecipue habebat successione, & vixit usque ad annum 1618. quo tempore dictus Blaiscus, & ejus filius Don Joannes praemortuerant, relicta filia, & nepte D. Elisabetha matre dicti Principis Trabia; haec nullo modo potuit succedere ex prerogativa lineae jam ingressae, quia nunquam ingressa fuit, nec ingredi potuit, deficiente in ea masculo agnato, tempore, quo ob interitum aliorum, qui illum praecesserant, successio eidem deferri poterat, per quem ejus filia succedere habebat, uti filia ultimi possessoris, & non alia ratione juxta superiores regulas.

Idcircoque, dato quod successio non deberet statim redire ad filiam masculi de linea primogenita, scilicet ad dictam Donnam Catharinam primo loco vocatam, & ad ejus primogenitum masculum Don Franciscum, tunc temporis natum, sed ob eandem rationem, & prerogativam lineae ingressae, succedere habere dicta Donna Beatrix foror Don Caroli ex sententia, quam etiam in forore ultimi possessoris uti de linea contentiva, tunc ad eandem Molinae h. lib. 3. cap. 5. n. 72. vers. ex qua verum iudicatum, Cassill. d. lib. 3. cap. 91. n. 29. & cap. 93. n. 48. tamen innegabile est, quod defuncta Donna Beatrix abique filii masculi (pro ut revera decessit, relicta tantum filia Donna Elisabetha Relittanae Principis matre) illud successio rediit ad Donnam Catharinam substitutam specialiter in defectum filiorum masculorum ex femina ultimi masculi, ut est punctualis decisio D. Joannis Baptiste de la Rea 2. part. decis. Granat. decis. 4. per tot. hoc sola sufficit, quia doct. & eleganter, ut for. 2. omnia in quo pacto cumulavit, & n. 24. satisfecit objectioni, quam n. 3. proposuerat pro nepote masculino ex filia, & matre femina, inferioris lineae ingressae, ob defectum

agnatorum de linea primogenita (in qua se fundabant Advocati dicti Principis, immemores praedictae decisionis, & rationis legalis) contra masculum ex filia feminae de linea primogenita exclusa, voluntate testatoris, propter ejusdem filiam, cui in defectum filiorum masculorum, substituta fuerat praedicta filia primogenita, & post eam illius filii masculi, (ut in casu praedicti testamenti) probant multis rationibus, & Doctoribus appellatione filiorum masculorum non venire nepotes ex filia femina, ad quem Nos remittimus, ne illum transcribamus.

Et sic concludimus, quod in casu, quo praedictum asserunt testamento, verum & authenticum demonstraretur, successio dicti status impetro praesenti tempore, & saltem a die mortis dictae Donnae Beatrix pertineret, & pertinetur habuit dicto Comiti Mozareni nepotem filio masculino secundogenito praedictae Donnae Catharinae, ad quam regressa est, & in ea convalidata, exclusis praedictis Principibus, & Comite Racudia, quod non immerito (licet alio tempore requirit indaginem) potuit in praedicto summarissimo iudicio considerari, ac magis iustificandam mantentionem concessam dicto Comiti Mazareni, non obstante praedictorum Principum pretensione.

Haec sunt, Sacra Catholica Regia Majestas, quae in hac exagitata controversia Nos ad pronuntiandum, pro ut supra, coegerunt, ac impulerunt. Eaque omnia, & singula ieram per Tuae Majestatis Regis Supremo, ac Dignissimos Italicarum rerum Senatores, eliminanda, & corrigenda, Tuis sacris pedibus, eos reverenter humiliterque deosculando transmittimus, & subijcimus.

His iam praedictis iustificationibus, quibus ultima manus fuit apposta die vigesimo tertio Decembris praedicti anni 1660. imo, & processus copia exarata, omnibus praedictis contententibus ad amicabilem deveniunt concordiam, & liti cesserunt, ad favorem Comitis Mazareni, qui omnibus praedictis Strabibus, & Baronibus tenentis, una cum Dignitate Magnae Hispaniarum, se contentavit, quod praefatus Racudie Comes ius patruelis, ac frater, ex duplici matrimonio fororis illius cum dicto Comite Mazareni, & huius fororis cum illo de Racudia, possessionem eaperet Terrae, & Principatus Petraprepae sub certis conditionibus, pedis, & reservationibus pro dicto Comite Mazareni adiectis, quae propter iustificationes istae ad Supremum Italic Conventum non fuerunt transmissae. Sed in gratiam antecessorum, & ob communem utilitatem praelo datae sunt, salva in omnibus omni meliori censura, &c.



# CONTROVERSIA FEUDALIS. DE LEGITIMA SUCCESSIONE ILLUSTRISS. D. CO. OCTAVII DE TARASCONE IN FEUDO CALESTANI, OPUS SEX ARTICULIS DISTINCTUM;

In quibus praecipuae feudales quaestiones circa divisionem Feudi dignitatis, amplissimam primi Acquirentis facultatem, necessarium, vel non Domini Assensum in dispositione feudi, clausulam in Investituris apponi solitam jure feudi antiqui, & feudi pretium, metodo non obscura enucleantur.

AUCTORE LAELIO BOSCOLO DE COLLEGIO JUDICUM PARMAE.

THEMA CONTROVERSIAE.

**D**omini Comites Carolus Leo, & Abbas Claudius Germani de Flisco, origine Italis, nativitate tamen, ac domicilio Galli, tunc Feudatarii insignis Feudi Calestani, optime consili, quod ex diuturna eorum absentia, & vulgari cura, ac industria Ministrorum sepe proprio potius ludu, quam rei familiaris Domini, ditionum feudales redditus quotidie minuebantur, ac ejusdem loci dignitas labefactur in dies, ruebaturque in preceptis, cogitavit, & decreverunt ejusdem feudi alienationem, ad quem effectum D. Comes Claudius & Gallicis oris Parmae petit.

Quamplures emptores obvii fuerunt, ac omnes è contractus limite pellebat unica animadversio, quod agebatur de alienatione feudi ex pacto, & providentia jandem in progenie Flisca antiqui.

Inter illos cum quibus habitus fuerat fermo de venditione praedicta, adfuit Dominus tunc Eques, & nunc bo. me. Co. Camillus Tarascone, qui participato negotio cum eximio J. C. ac Excellentissimo tum legali perita, tum dignitate Co. Hieronymo Morisco olim meritisimo Praefide Excelli Consilii iustitiae, & gratiae Parmae, ac Placentiae communi amico, post feriam cogitationem consilium habuit, quod per ipsos D. Comites venditores protergeret preces Sereniss. Ducis nostro directo Domino, in quibus exponeret feudum accidisse in commissum, ac fuisse devolutum ad Sereniss. Ducem Camerae non inobstantiam Decreti nuncupati Caprarolae, simulque effugiantem, ut ex gratia speciali illud eis de novo concedere dignaretur ad effectum deveniendi ad praefatam venditionem pro pretio conueniente, ea conditione, ut Jura Sereniss. Camerae transfret in D. Equitem emptorem minime affecta aliqua hypotheca, nexu, seu obligatione descendente ex personis Dominorum, Comitum de Flisco, quo pacto se prius devolutum, & postmodum de novo concessum in persona eorumdem Comitum venditorum evaderebatur novum, quod proinde poterat jure optimo, Dom. assensu, alienari. Res ita peracta, eodem enim D. Comite Praefide dictante, formatus fuit supplex libellus tenoris sequentis.

SERENISSIMO SIGNORE.

Possedono li Devotissimi, & humilissimi di V. A. S. Vassalli, & servitori Co. Carlo Leone, & Abbate Co. Claudio fratelli Fieschi figlioli, & descendenti di fili Co. Francesco nato del q. Co. Scipione il feudo, & Contea di Calestano, & Apicella, Marzolara, & Vigolone, con le loro pertinenze, giurisdizione, & ogni altra ragione, & beni allodiali situati nel Ducato di Parma, de quali, come di feudo nuovo aperto, & legitimamente devoluto alla Ducal Camera (per l' inof-

servanza del Co. Scipione, & di d. Co. Francesco à quanto dovevano, in virtù della precedente investitura, & decreti già publicati) ne fu investito dalla Glor. & immort. memoria del Sereniss. Sig. Duca Ranutio Avo Paterno di V. A. il detto Co. Francesco del 1600. li 4. settembre. per se, suoi figlioli, & descendenti, maschi, legittimi, naturali, & non legittimati, come di feudo honorifico nobile, & gentile, con epressa conditione, & obbligazione (e non altrimenti) d' habitare egli, suoi figlioli, & descendenti compresi in detta investitura con tutta la loro famiglia ne stati di V. A. secondo la forma, & disposizione delli Statuti, & Decreti del Stato, & prestare à S. A. & suoi Serenissimi Successori quei serviti personali, à quali sono tenuti, & fossero ricercati, sotto la pena (in caso di contraventione in ciascun di detti casi) della privatione d' esso feudo, ipso jure, & facto da incorrerli à favore della Ducal Camera, & altre pene imposte dalle Leggi, Statuti, & Decreti sopra accennati, come dalla Investitura predetta rogata dal q. Ranutio Pico Notaro, & Secretario di S. A. qual s' effebice.

E perche d. Co. Carlo Leone, & Abbate Claudio conosceno per la loro lontananza da Stati di V. A. & che gli interessi della lor Casa non gli hanno permesso, nè permettono l' habitazione, come sopra dovuta, & suppliarono d. Oratori V. A. per l' habilita dell' habilitazione fuori delli Stati di V. A. sino li 26. Novembre 1646. & ottennero referito sotto li 22. Decembre di detto anno la gratia per un biennio spirato li 22. Decembre 1648. non havendo d. Co. fratelli Oratori habitato come sopra il detto feudo, perciò in virtù dell' obligacione inserita in detta investitura, & del Decreto di Caprarola è ricaduto alla Ducal Camera, ipso jure, & facto, nulladimeno confidati detti Co. fratelli Oratori nel sommo della Sereniss. sua benignità, sperano che sia l' A. V. per fargli gratia di rimettergli la detta caducità (per l' effetto infra scritto) poiche essi bramano di far vendita di detto feudo, sua Giurisdizione, & beni al Cavagliere Camillo Tarascone per il prezzo fra loro convenuto (intervenedo vi però il beneplacito, & consenso di V. A. salvo sempre la superiorità di V. A. & la disposizione del Decreto del Maggior Magistrato, & non altrimenti) con la quale vedita viene d' esso feudo, & sue entrate à star presso d. Cavagliere, nato, & habitante ne Sereniss. suoi Stati, quale con la persona, & entrate di esso feudo, & beni potrà più facilmente prestare à V. A. quelli offsequi, & serviti personali, che si devono, il che per la lontananza, & cause sopraccennate non è concesso à d. Co. Fieschi Oratori di fare; per tanto col presente memoriale esso Co. & Abbate Claudio Fieschi à suo nome proprio, & come Procuratore speciale del Co. Carlo Leone suo fratello, & detto Cavagliere Tarascone di V. A. humilissimo, & devotissimo Suddito, & Servitore.

Humilmente la supplicano far gratia al detto Co. & Abbate Claudio Fieschi, anco come Procuratore speciale del